

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Scena IIII.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

At pol me fecisse arbitror, ne id merito mihi eueniret.
Multæ ex quo fuerint commoda, eiu' incomoda æquom
est ferre.

ACTVS QVINTI SCENA IIII.

PAMP HILVS, PARMENO,
BACCHIS.

Pam. Ide mi Parmeno etiam sodes, ut mi hæc cera
ta & clara attuleris;
Ne me in breue hoc coniicias tempus, gaudio
hoc falso frui.

Par. Visum est. Pam. certo ne? Par. certe. Pam. deus sum,
si hoc ita est. Par. uerum reperies.

Pam. Manendum sodes: timeo ne aliud esse credam, atque
aliud nuncies.

Pa. Maneo. Pam. sic te dixisse opinor, inuenisse Myrrhinā,
suum annulum habere Bacchidem. Par. factum. Pam.
eum, quem ego olim ei dedi:

Eaq; hoc te nunciare mihi iussit: ita ne factum? Par.
ita inquam.

Pam. Quis me est fortunatior, uenustatisq; adeo plenior?
egn'

Pro hoc nuncio quid te donem? quid? quid? nescio. Par.
at ego scio. Pam. quid?

Par. Nil: nam neque etiam in nuncio, neque in me ipso
quid sit boni,

Scio. Pam. ego ne, qui ab Orco mortuum me reducem
in lucem feceris,
sinam sine munere à me abire? ah nimium me im-
gratum



H E C Y R A

gratum putas.

Sed Bacchidem eccam uideo stare ante ostium :

Me expectat credo : adibo . B. salue Pamphile .

Pam. O Bacchis , o mea Bacchis , seruatrix mea .

B. Bene factum , et uolupte est . Pam. factis , ut credā , facis :

Antiquamq; adeo tuam uenustatem obtines ,

vt uoluptati obitus , sermo , aduentus tuus , quo cunque
adueneris ,

Semper siet . B. at tu æcastor morem antiquum , atque
ingenium obtines ,

Vt unus hominum homo te uiuat nunquam quisquam
blandior .

Pam. Ha, ha, hæ, tu ne mihi istuc ? B. recte amasti Pam-
phile uxorem tuam :

Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam , quod
noſſem , uideram :

Per liberalis uisa est . Pam. dic uerum . Ba. ita me di-
ament Pamphile ?

Pam. Dic mihi , harum rerum nunquid dixti iam patri ?

B. nil. Pam. neque opus est

Adeo mutito : placet hoc non fieri itide , ut in comœdij ,
Omnia ubi omnes resciscunt . hic , quos par fuerat resci-
scere ,

Sciunt ; quos non autem scire æquom est , neque resci-
scunt , neque scient .

B. Immo etiā , hoc qui occultari posse facilius credas , dabo :

Myrrhina ita phidippo dixit , iuriiurando se meo

Fidem habuisse , & propterea te sibi purgatum . Pam.

est optume :

Speroq; rem hanc esse euenturam nobis ex sententia .

Par.



par. Here, licet me scire ex te, hodie quid sit quod feci boni?

Aut quid istuc est, quod uos agitis? Pam. non. Par. suspicor tamen.

Ego ne ab Orco hunc mortuum? quo pacta? Pam. ne scis Parmeno,
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærnuma extraxeris.

par. Immo uero scio, neque hoc imprudens feci. Pam. ego istuc sati' scio. Par. an Temere quicquam Parmenonem prætereat, quod factu' us' sit?

Pam. Sequere me intro Parmeno. Par. sequor. equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam.

FINIS.

SERIES LITTERARVM.


a b A B C D E F G H I K L M N
O P Q R S T.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS, M. D. LIX.

Apud Paulum Manutium, Aldi F.





M. ANTONII MVRETI²
ARGVMENTORVM, ET SCHO-
LIORVM IN TEREN-
TIVM LIBER.

IN VITAM TERENTII.

V M Africani uocem diuinam)
Antea legebatur , uoce diuina . ego hoc
D latini sermonis consuetudinem pati non
puto : neque enim aliqua re , sed aliquam
rem inhiare dicimus . Plautus , -- inhiat
aurum , ut deuoret . itaque ratus sum : sine periculo
posse mutari . sic paulo infra ; cum in omnibus libris
legeretur , -- abiit in Græciam in terram ultimam :
ausus sum prius illud , in , expungere : quod & uersum
corrumpebat , & orationis , ut ego quidem arbitror ,
puritatem . terram enim Græciam , & terram Italiam ,
& similia ueteres sæpe dicebant .

Iussus ante Cæcilio recitare .) pro Cerio , quod
nomen nihil est , & tamen hoc loco in omnes libros
irrepserat , Cæciliū reposui , fretus auctoritate Euse-
bij , qui hoc ipsum , quo de hic agitur , narrat in chro-
nicis . Cæciliū autem poetam Comicum accipio .

Consularibus ludis) consularium ludorum nulla alia-
bi , quod sciam , mentio . Consualibus , non , consulari-

a 2 bus

